

valet, ac confiteri veritatem, is enim qui veritatem profert, Deum qui optime omnia noscit, gloria afficit, & hunc illi habet honorem, reuerentia eius maiestatem, potius eligat verum dicere, quam eo praesente mentiri. Vnde Strabus in Glossa ait; *Dare gloriam Deo, est veritatem de aliquo, quasi praesente Deo dicere.* Hæc Phraasis habetur variis in locis. Ios. 7. num. 19. & 1. Reg. 6. n. 5. *Dabitur Deo Israël gloriam.* Vt ex Beda, Carthusiano, Vatablo, Lyra, Abulen. docet P. Mendoca ibidem num. 33. in Commentar. *Nos scimus, qui sumus legis Doctores, ac magistri, sat est, quod tibi homini plebeo, ac vulgari hoc dicamus. Quia hic homo peccator est.* Scelestus nempe, ac populi seductor. Diuus Chryostomus, *Palam quidem ac impudenter non dicunt, negat Christum tesanasse, sed pietatis umbra id tentant. Da, inquit, gloriam Deo consistere nihil Christum in te operatum.*

120. Dixit ergo eis ille: *si peccator est, nescio;* hoc non dixit Cæcus ex timore, quasi in re Christi nolit profertre suum iudicium, sed abstinere, vt notant Chryostom. Leont. Theophyl. Euthym. D. Thomas, D. Bonau. Nam audenter super n. 17. eum virum Prophetam, iustum, sanctum confessus est. Cum ergo ait: *Nescio,* idest ego nihil de eo dico, & pronuncio, sed nunc ipsum beneficium mihi concessum vos condemnat, & eum non esse peccatorem ostendit. D. Chryostomus, *Volebat enim ait, rei ipsius testimonio, non verbis suis, eum à crimine liberare, & defensionem credibilem reddere, quod beneficii testimonium ipsos condemnaret.*

121. *Dixerunt ergo illi, quid fecit tibi?* Toties rogant, & quaerunt ab homine rem, an si forte ex aliqua circumstantia aliquid diuersum narret, vt Sabbatum violatum astruant, hominem de mendacio arguant, vt aliquid contra miraculum obiciant. Sic ait Rupertus, quod aliud diuersum ab eo volebant audire, & non dicta repetere.

QUESTIO XVI.

Quare tam impudenter Pharisei Christum Dominum peccatorem vocant?

122. **I**N limine huius quaestionis expendendum est Phariseorum loquendi modum, *Nos scimus, quia hic homo peccator est.* Ipsum proprio nomine non pronunciant, nec enim sanctissimum Iesus nomen impudicum os capiebat, & ipsi praedidio eius sacratissimum nomen praeteribant, imò, & pro sua malitia ignorabant. Proponit Pilatus Iudæis, quem velint vnum de duobus dimitti, an Iesum, vel Barrabam. Clamant omnes: *Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam.* Luc. 23. num. 18. Sicut nomen infamis latronis pronuntiant: cur etiam Iesum ore non exprimunt? Apud Mundiales solum Barrabæ nomen agnoscitur, minimè verò sacratissimi Iesus. Ad nostram quaestionem

123. Primò. Videbant Iudæi sanctissimam Christi vitam, eumque multis miraculis irradiantem; & in praesenti visum cæco nato concedentem, & tamen impudenter ipsum peccatorem dicunt, tam pertinax est invidia, vt nullis miraculis cedat. Post largum Christi ieiunium accedens tentator, ait ei: *Si filius Dei es, dic, vt lapides isti panes fiant.* Matth. 4. num. 3. Repellit Dominus tentatorem

Arab.

Ios. 7. 1. Reg. 6.

Mendoca.

Chryost.

120.

Chryost. Leont. Theophyl. Euthym. D Thom. Bonauent.

121.

Rupertus.

Luc. 23.

Iniqui sciunt Barrabam, ignorant Iesus nomen.

123.

Matth. 4.

cur eius dictis non annuit? Parui enim momenti erat petitio, vt filij Dei maiestas declararetur; tamen Christus eum reiecit, optime enim sciebat, quod diaboli malitia nullis miraculis frangeretur, plus enim praualebat, apud eum eius invidia, quam omnis miraculorum euidentia. Diuus Cyprian. ferm. de ieiunio, & tentatione. *Nec opus erat, ait, vt hoc factò insidiatori immotesceret, quia nullo signo eius poterat invidia commuari.*

Secundò ex facto miraculo? Mendicus elicit motiuum, vt Christum Dominum confiteretur filium Dei. *Credo Domine* num. 38. At verò Pharisæi peruersè persistunt in sua nequitia, & peccatorem vocant. Sicque ex eadem diuina re fidelis assumit credendi motiuum, ex qua etiam, & infidelis suæ incredulitatis ansam. Postquam Christus Dominus alte disseruit, de diuino Eucharistie sacramento. Multi ex discipulis eius dixerunt. *Durus est hic sermo, quis potest eum audire.* Ioan. 6. num. 61. Et postea subditur, quod propter hoc multi ex discipulis abierunt retro, & iam cum Iesu non ambulabant, tunc dixit Dominus duodecim Apostolis. *Nunquid & vos vultis abire? Respondit ergo Simon Petrus: Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes.* Ibidem num. 69. Eadem verba primi dicunt durum sermonem, & ob illa abeunt retro, ac à Domino discedunt; alij verò vocant æternæ vitæ verba, & ob illa firmius Christo adherent. Primi increduli, secundi fideles, & idem sermo, qui in fidelibus inferuit ad incredulitatem, fidelibus exitit motiuum ad prompte fidei assentiendum, & vt firmius cum Domino permanerent.

Tertiò. Multum mirandum, quod tot iniurias contra Dominum Iesum congerant, superiori c. 8. Daemoniacum, ac Samaritanum vocant: nunc peccatorem dicunt; cur purissimum Dominum tot iniuriis appetunt? Sic se res habet apud mundiales, vt vna contumelia sit praesagium alterius, & si te semel opprobriis afficiunt, non desunt, sed semper noua multiplicant. Sacratissimo Passionis tempore milites velauerunt faciem Iesu, eumque colaphis cædebant dicentes. *Propheta nobis Christe, quis est, qui te percussit.* Matth. 26. n. 68. Videtur quod pronuntiatio non sit congrua. Prophetia enim communiter de re futura pronuntiat. Dicendum ergo videbatur, *Propheta; quis te percussit.* At ipsi dicunt, *percussit, quomodo propheta coheret cum praeterito?* Sic se res habet apud mundiales; vt vna contumelia propheta sit alterius; cum enim ei vna alapa esset inflicta, ita iam certo poterat secundam vaticinare, ac si in re iam eam accepisset.

Ioan. 9. n. 27. Respondit eis: Dixi vobis iam, & auditis: quid iterum vultis audire? Nunquid, & vos vultis discipuli eius fieri?

Num. 28. Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos autem Moyse discipuli sumus.

Num. 29. Nos scimus quia Moyse locutus est Deus: hunc autem, nescimus vnde sit.

Invidia nulla miracula frangitur.

Cyprian.

124.

Ioan. 6.

Quod infidelibus est motiuum ad incredulitatem fidelibus ad credendum.

125.

Vna iniuria alterius praesagium.

Matth. 26.

VER

VERSIONES.

Pagnin n. 27. Dixi vobis, iam nec audistis.  
 Caietan. Et non audistis.  
 Syriacus n. 28. Ipsi autem ei conuiciati sunt.  
 Arabicus. Opprobriis igitur affecerunt illum.  
 Vatablus. Tu esto illius discipulus.  
 Arabicus. Nos nouimus. Quia Moyse.

EXPOSITIO IX.

**D**IXI vobis iam. Egrederebat cæcus molestas Phariseorum interrogationes, tum ob eorum malevolentiam, quæ in verbis redundabat, tum quia videbat eos dictis suis non credere. D. Augustin. Ille, ait, iam stomachans aduersus duritiam Iudæorum, & ex cæco videns, non ferens cæcos. Ex charitate volebat cæcus, vt omnes essent videntes, & intelligentes *Auditis: ita clare, vt bene potueritis intelligere.* Græcus habet. *Nec audistis. Idest, nec credidistis.* Vt exponunt D. Chryostom. homil. 57. Euthym. *Quid iterum vultis audire? Ob quodnam motiuum eandem rem toties repetam. Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri?* Hic, vt etiam notant D. Chryostom. D. Augustinus, Leontius, Theophylactus, cæcus se Christi discipulum profiteretur, ac si dicat. *Nunquid vos vultis eius discipulos fieri, sicut ego sum? Et hic sagaciter, ac ingeniose cæcus Phariseos pungit, ac reprehendit, quod cum viderent tam præclarum Christi opus, ipsum non sequantur tanquam Magistrum, sed eius facta scrutentur ad arguendum, & calumniandum.* Rupertus. *Ergo, ait, interrogando acutiores clauos infixit, negans eos velle discipulos eius fieri: & idcirco narratione iterata indignos iudicauit.*

126.

August.

Græcus.

Chryost. Euthym.

Chryost. August. Leont. Theophyl.

Rupert.

127.

Arabicus.

Execratio ab impiis laus bonorum.

August.

Gregor.

Chryost.

*scilicet discipuli, essetis & Christi: ideo superius, inquit Christus: si crederetis Moyse, crederetis & mihi. De me enim ille scripsit.* Ioan. 5. num. 46. *Nos scimus, quia Moyse locutus est Deus.* Rationem interponunt cur se Moyse discipulos iactent, & Christo auerterentur, vt notant Euthym. Maldonatus, Tolet. *Quia Moyse sciunt Deum locutum fuisse, ab ipsoque esse missum ad populum. Hunc autem nescimus vnde sit.* Idest vnde ad nos venerit, an à Deo sit missus, anque Deus ei locutus, hic est genuinus sensus, non enim loquebantur de loco natiuitatis, bene enim sciebant Christum natum esse in Galilæa, & ad hunc sensum respondet cæcus in sequentibus. *Christum dicunt se nescire. Hunc autem nescimus vnde sit; Et tamen mulier Chananaea eum agnoscit: clamauit dicens: Miserere mei Domine fili David.* Matth. 15. n. 22. *Ecce mundialis conditio, vt eum, quem ob eius præclara opera extranei agnoscunt, cognati, ac conciuies ignorent.* Vt supra cap. 2. quaest. 5. n. 48. ponderaui. Et maxime notandum, quod Moyse præferunt Christo. *Scimus quia Moyse locutus est Deus, Hunc autem nescimus vnde sit.* Moyse seruus, Christus supremus Dominus, in quo omnia diuinitatis signa radiabant, vox Patri in Iordane, Magi Ierolymis: tamen Moyse, quamuis seruus multam sibi reconciliauit opinionem apud populum, quæ Christo supremo Domino vt praesenti denegatur. Vide quæ dixi tom. 3. cap. 13. q. 10. num. 61.

Ioan. 5. 128.

Euthym. Maldonat. Tolet.

Matth. 15.

Ioan. 9. n. 30. Respondit ille, & dixit eis: in hoc enim mirabile est, quia vos nescitis, vnde sit, & aperuit oculos meos.

Num. 31. Scimus autem, quia peccatores Deus non audit; sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius fecit, hunc exaudit.

Num. 32. A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati.

Num. 33. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quidquam.

VERSIONES.

Pagnin n. 30. Mirabile quidem est.  
 Arabicus. Et iam aperuit oculos meos.  
 Syriacus n. 31. Deum vocem peccatorum non exaudire.  
 Arabicus. Exaudit eum, qui timet eum.  
 Vatabl. Euth. Et voluntati eius obtemperat.  
 Arias n. 32. Ex sæculo non est auditum.  
 Athanasius de Incarnatione Verbi. Nunquam talis surrexit in Israël: ab æuo auditum non est, quod quispiam aperuerit oculos à partu cæci.

Idem.



Idem n. 33. Nisi hic esset à Deo, non posset quidpiam tale facere.

EXPOSITIO X.

129. Mendicis ad ea, quae erat expertus conuertit sermone.

RESPONDIT ille homo. Cæcus nempe, ac mendicus. Et quamuis Iudæi duo dixissent. Vnum, quia Moysi sciebant Deum locutum: hunc autem nescimus, unde sit. Ad primum de Moyle nil respondere cæcus, cum in eius libris tanquam cæcus non esset versatus; ad secundum de Christo, cuius virtutem, ac signa erat expertus, conuertit sermonem. In hoc enim, alij legunt, certe, & dicunt mirabile est. Res nempe mira, & omni admiratione digna. Quia vos nescitis unde sit, & aperuit oculos meos. Mirandum est enim, quod vos, qui estis legis Doctores, ac Magistri nesciatis, unde Christus sit, hoc est à quo sit missus, cum eius virtus, & potestas in tot signis edendis, qui aperuit oculos meos sit valde notoria, nemo enim potest hæc signa edere, nisi à Deo sit missus, qui miraculorum est operator.

130. Scimus autem quia peccatores Deus non audit. Ostendit cæcus illuminatus aperte potuisse Iudæos ex miraculo facto deprehendere, Christum à Deo venisse, ab eoque fuisse missum; quod in hunc modum probat; Deus peccatores non audit, sed eos, à quibus pie colitur eius mandata obseruantes; Atqui Deus audit Christum ad tale miraculum perparrandum, quale à sæculo non est auditum: ergo ille pie Deum veneratur, eius præceptis obsequens. Sed si quis Dei cultor est, vt nihil contra sanam doctrinam proferat; & voluntatem eius facit. Mendicus hic duas res assignat viro probò, & iusto. Dei cultum, eiusque diuinæ voluntati obedientiam. Si quis, ait, Dei cultor est, & voluntatem eius facit. Non enim fides, & cultus sufficit, nisi simul ad sit mandatorum obseruatio; unde ait Theophylact. Oportet adesse virtutis Dei cultum, & voluntatis diuinæ adimplerionem: hoc est fidem, & opera.

Theophyl. Fides, & opera.

131. A sæculo non est auditum. Exaggerat cæcus miraculum, vt maiorem argumento vim præbeat, ac si dicat: Deus multa miracula per prophetas, ac patres nostros sit operatus, hoc tamen nouum, & singulare, à Iesu est reseruatum, vt oculos cæci nati adaperiat. Deinde alia ratione hoc probat Mendicus, vt obseruat Theodorus Heraclensis, quod oculi sint restituti ipsi cæco nato, & pauperi, solius enim diuinæ virtutis est, mendicum, & abiectum respicere; ipsumque è miseria subleuare. Notarunt etiam Theodorus Mopsuet. Cyrillus, & Leontius, quod cum cæcus dicit, à sæculo non est auditum. Tacite ipsum Moysen includere, qui nullum vnquam tale miraculum ediderit; itaque Christum illi anteponit, quem paulò ante Pharisæi Christo prætulerunt. Tu discipulus illius sis, nos autem Moysi discipuli sumus. Et nos scimus, quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus unde sit.

132. Nisi hic esset à Deo non poterat facere quicquam. In curanda nempe cæcitate mea. D. Chrysoctom. homil. 57. Si ergo consitemini, ait, Deum non exaudire peccatores, & hic signum facit, quale nemo vnquam alius; constat omnia virtute assecutum, quæ humanam longe exuperat vim.

QUESTIO XVII.

Quomodo mendici verba sunt explicanda: Peccatores Deus non audit?

134. VIVS cæci pronuntiatum in controuersiam communiter vocatur ab Expositorib. Nam Deus peccatores etiam audit. Quorsum enim peccatores precarentur, si Deus non exaudiret; unde ait D. August. lib. 50. homil. 43. Incumbite orationibus peccatores, consitemini peccata vestra, orate vt depellantur, &c. Idemque docet lib. 2. contra Epistol. Parmen. cap. 8. hocque probat illo Luc. 18. de publicano peccare petente remissionem, & obtinente. Idemque habet alijs locis, & docent D. Basilius lib. de constitut. Monast. cap. 2. & D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 16. Deinde etiam secundum mendici dictum. Nisi esset hic à Deo non poterat facere quicquam, id est non poterat miraculum hoc edere, difficultatem inuoluit; nam etiam viri iniqui miracula aliquando perparrare possunt ad confirmandas nempe res fidei. Quod confirmatur ex verbis Christi Domini Matth. 7. num. 22. Multi dicent mihi in illa die, non ne in nomine tuo demonia eiecimus, & virtutes fecimus, &c. Quod docent D. Augustinus lib. 83. quæst. q. 79. D. Gregorius lib. 9. Epist. 58. & lib. 20. Moral. c. 9.

134. August. Ratio difficultatis.

Luc. 18. Basilius. D. Thomas.

Matth. 7. August. Gregor.

133. Iansen. Iesai. 59.

Proverb. 28.

136. August.

Barrad. Cornel.

137. Euthym. Probabilior interpretatio.

Respondet primò Iansenius. Deus ordinarie loquendo peccatores non exaudit ad miracula perparranda, de quo erat in præsentis serm. Iesai. 59. num. 1. Aggravata est auris eius, vt non exaudiat, sed iniquitates vestrae diuiserunt inter vos, & Deum vestrum. Proverb. 28. num. 9. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius fiet execrabilis. Si verò peccatores aliquando miracula operantur, id valde rarum est, propositio verò intelligitur de re, quæ frequenter accidit. Secundò. Respondit D. August. lib. 3. de Baptismo contra Donatistas cap. 20. has assertiones huius mendici, esse hominis parum docti, ac proinde non ex omni parte veras; & erat ille adhuc catechumenus, nec dum satis in fide instructus, eiusque pronuntiatum non est Scripturæ, sed tantum Scriptura refert illud esse prolatum à cæco, quod est omnino verum, & canonicum; ad hunc sensum in præsentis loquitur D. August. tract. 44. in Ioan. Hac adhuc, ait, inuictus loquitur: nam & peccatores Deus exaudit: alioqui frustra publicanus diceret: Deus propitius esto mihi peccatori, ex qua confessione meruit iustificacionem, sicut & cæcus ille illuminationem. Hanc sententiam sequuntur Barradas, Cornelius, ac alij Recentiores. Tertio. Ait mendicus, peccatores non exaudit, vt ait Euthym. in huiusmodi videlicet miraculis, fieri enim non potest, vt Deus peccatores exaudiat, eisque concedat potestatem edendi miracula, quibus testatum faciant id, quod de se ipsis, ac de Deo fallum prædicant, & monstrant se missos à Deo, ac veraces esse, cum non sint, & in hoc sensu propositio mendici est verissima, non enim Deus facit miracula ad testificandam alicuius fidei ac simulatam sanctitatem; inde hæc sententia mihi videtur genuina, quia mendicus subdit. n. 33. Nisi hic esset à Deo non poterat facere quicquam. Ergo cum Christus ederet miracula, vt comprobaret, se esse verum Dei filium, ac verum Messiam à Deo Missum, aperte demonstratur, quod hæc testifi

Chrysoct. Euthym. Theophyl. Lucas. Suar.

testificatio de se ipso sit vera, nam aliàs in illius confirmationem Deus non perparraret miracula; Hanc sententiam tenent D. Chrysoctom. Euthym. Theophylact. Lucas Burgen. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 1. de orat. cap. 25. Deus, ait, peccatores non audit, si vrent mala intentione, v. g. ad confirmationem hypocritis, vel mendacij.

QUESTIO XVIII.

Quare cum tanta audacia mendicus stat, ac loquitur contra Principes, & Pharisæos?

137. 138. Chrysoct.

137. V M Pharisæis loquitur mendicus, patet ex supradictis num. 16. Et tamen cum pauper esset multa audacia cum principibus habet sermonem, ac sine metu, & perturbatione, cum eis agit. Respondet primò D. Chrysoct. homil. de zmulat. & cæco nato habita 6. tom. Pharisæi, ait, & principes Iudæorum, videntes multos ad Christum Dominum miraculum cæci nati trahere posse, impietatis emulatione stimulari, & veritatis aculeo compuncti, eum, qui cæcus fuerat, intro vocant. Ac videre erat miserum spectaculum, cum pietas exagretaretur, impij iudices disceptarent, magnus athleta certaret, Deus certaminis præsideret. Aderat cæcus inter Pharisæos, ac principes, & licet dura, ac emulata contentione, multaque sua auctoritate cum eo certaret, tamen mendicum nec opprimunt, nec confundunt, vt miraculi excellentiam denegaret. Vnde & mendico tantum robur? aderrat Deus certaminis, indeque proueniebat, vt inuidientium, ac iniquiorum telis Dei athleta non cedit: solum enim à diuina protectione fieri potest, vt Dei donum ab inuidia non superetur. Secundò. Iterum premo Chrysoctomi verba. Magnus Dei athleta certaret, & Deus certaminis præsideret. Non solum mendicus firmus, & constans inter magnates stabat, excellentiam miraculi defendens, sed etiam reprehensione in eos inuictus. Scimus quia peccatores Deus non audit, qua sententia eorum temeritatem arguit, qua dixerant, nos scimus, quia hic homo peccator est. Reprehendere autem principes diuinæ virtutis est. Cum Iudæi comprehenderent meum Iesum in hortu, percussit Petrus seruum Principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius; atque illi Iesus Conuertere gladium tuum in locum suum. Matth. 26. num. 52. Quæ verba per modum increpationis fuerunt dicta Petro, vt obseruat Lucas Burgen. Cornelius, & alij. Cur reprehenditur Petrus, qui ex multa animositate videbatur magna laude dignus, inter cætera, quæ increpationis nota apparent. illud vnum est, quia, quod ommissis principibus, ac ducibus, percutiebat seruum, ac homunculum quendam. Tertio. D. Chrysoctom. homil. 57. in Ioan. Inuere, ait, viri prudentiam, semper in ore habet miraculum. Adstabant Pharisæi ingentem Christi pietatem in cæcum denegantes, ac ipse mendicus præ gratitudine sèper in ore nil aliud habebat nisi beneficium. Dicebat. Imposuit mihi lutum, abyslam, & video. Et iterum. Hoc vnum scio, quod cum cæcus essem, modo video. Et modo à sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Vnde Pharisæi negantes in incredulitate remanserunt, mendicus verò confitens donum, meruit illumi-

Sola Dei potentia ab inuidia protegit sua dona.

139. Reprehendere principes diuinæ virtutis est.

Matth. 16. Luc. Burgen. Cornel.

140. Chrysoct.

Grati fatentur beneficii, quod ingrati negant.

nari interius, ac Dei filium cognoscere. Credo Domine, & procedens, adorauit eum. Multa millia Israëlitarum in deserto perierunt; at vna Raab meretrix cum tota ciuitas periret, ipsa meruit cum tota domo patris sui vitam, & libertatem assequi. Vnde factum est hoc. Israëlita Deum auctorem donorum negabant. Dixerunt enim factio vitulo. Hi sum dii tui Israël, qui te eduxerunt de terra Egypti. Exod. 32. num. 4. At Raab ait exploratoribus. Audiuimus, quod si creaueris Dominus aquas maris rubri ad vestrum introitum, quando egressi estis ex Egypto. Iosue. 2. num. 10. Vnde Israëlita donum inficiantes à dono sunt exclusi, & morte damnati, Raab verò recognoscens salua, & tuta in vitam seruatur. D. Chrysoctom. homil. 5. de penitentia. Quid, ait, Raab fecit ad saluatis augmentum? Suscepit exploratores, & dixit eis, quanta Deus vester fecit Egyptiis, dicit & Iudæis, hi dii tui, qui eduxerunt te de terra Egypti, & meretrix non Diis; sed Deo salutem adscribit.

Exod. 32. Iosue. 2.

Chrysoct.

141. Chrysoct.

Pro iniustitia pugnas vnus contra multos præualet.

Exod. 2.

Ambros.

Idem Chrysoctom. citata homil. 47. in Ioan. Nunquid timuit cæcus? minime. Vnde illi tanta fortitudo, vt excluso omni timore firmus staret! Pugnat ille pro iustitia, veritate, ac ratione, & pro his vnus contra multos audit. Cum filia sacerdotis Madian vellent adquare suos greges, eiecerunt eas pastores superuenientes. Surrexit Moyses, & defensis puellis adaquauit oues earum. Exod. 2. n. 17. Pastores multi, & viri fortes erant, Moyses vnus solus, & peregrinus, & lassus itinertis, & tamen præualuit in eos; iustitia suffragium præbet, virisque ministrat, stabat Moyses pro iustitia, inde robustior aduersus pastores factus, eos deuicit; cum Susanna à senibus, ac populo esset ad mortem damnata, vnus pueri Danielis sententia suffragante absoluitur. D. Ambrosius lib. 2. de Virginiibus. Daniel, ait, supplicium Susanna spectaturus aduenit, ac quem populus damnauerat, vnus absoluit.

Simon, & Leui interfectis omnibus masculis magnam stragem fecerunt in ciuitate Sichem, qua vt creditur magna, & populosa erat, depopulati sunt orbem in ultionem stupri. 1. Genes. 34. Vnde illis tantum robur, ac fortitudo, vt duo homines tantam stragem ediderint? Decertabant illi non gladio ferri, sed mucrone iustitiæ, inde pauci erga multos præualuerunt. Saluian. lib. 7. de Providentia; Vt cognoscamus, ait, meritorum hoc fuisse, non virium.

Genes. 34. Qui decertat non ferro, sed iustitia, vincit. Saluian.

139. 140. 141. Respondent, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Et audiuit Iesus, quia eiecerunt eum foras: Et cum inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei? Respondit ille, & dixit: quis est Domine, vt credam in eum?

VERSIONES.

Euthym. n. 34. In peccatis omnino natus es. Luc. Burgen. n. 35. Credis in illum Filium Dei. Syriacus